



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Simeon Stylites Junior. 24. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

24. Maii. VITÆ SANCTORUM. 333
translata memorant, pompaque, quo
augustior hæc foret, lumina è cælo, &
stellam adfuisse. Ex Ferrar.

Confirmat amicitiam cum SS. Angelis;
intra in civitatem Dei: Apostolis Marty-
ribusque sociare; unde illi gaudent, inde
gaudeto. Horum divitias conpupiscito, &
per bonam emulationem illorum suffragia
ambito: cum quibus enim fuerit consor-
tium devotionis, erit & communio digni-
tatis. S. Leo serm. 5. de Epiph.

S. SIMEON STYLITES JUNIOR.
24. Maii.

Hominem cælestem, an terrestrem
Angelum SIMEONEM malis dice-
re, tanto magis dubitabis, quanto re-
ctius noveris. Voti parentum concessus
futuræ sanctitatis vatæ Christi ante am-
bulonem Joannem habuit, qui ne quid
in viætus parsimoniâ concederet, jejunia
in cunis inchoavit, lævo matris ubere,
velut ominis causâ semper abstinentis.
Sexto ætatis anno ab hominum consor-
tio in loca sola secessit, nunquam tamen
solus, cælitibus easdem cum eo casas ha-
bitantibus. Ex quo tempore incommo-
da naturæ vel non sensit, vel inusitatibus
fomentis sustentavit, nectare, vel quo-
cumque nomine appellari lubet delicias
divinitatis, pastus. Exacto in hunc mo-
dum sexennio in cœnobium immigravit,
magnâ

334 VITÆ SANCTORUM. 25. Maii.
magnâ Religiosæ vitæ commendatione, quam Angelorum contubernio eo
facto videbatur antetulisse. Sed nimirum illic quoque Angelos reperit; haun
stamque eorum usū innocentiam magnis
prodigiis affirmavit; ut, cùm leopar-
dum pro fele domestico circumduxit,
aut cùm ad ejus imperium lea puerum à
comitibus desertum, tergo ad socios sub-
vexit, quæ magistro SIMEONIS ausam
præbuere, eum ad perpetuam in colum-
njs stationem invitandi. Paruit SIMEON,
atque corpore juxtâ animoque su-
pra terram eminens, ex communi illius
ævi sensu columna fuit sustentans orbem
terrarium. Nos cùm hæreamus in luto,
digito tamen paramus cælum contingere.
Ex Monachis & Evagrio.

*Qui non potest sanguinem fundere, po-
test semetipsum pœnitentiæ velo percutere,
& in cordis contritione mactare. Prepare-
tur ad ferendum, jugulum, non deerit
remunerator, et si defuerit gladius. Deest
carnisæx, qui cervicem exterius feriat, ad-
est index, qui benæ voluntatis præmium
reddat. S. Pet. Dam. f. 65.*

S. ZENOBIUS EP. 25. Maii.

ZENOBII pueritiam, vivam hone-
statis imaginem dicas, in quâ ne-
que Dei oculus quidquam reprehende-
ret: nullus ei unquam cachinnus, dul-
lum